

questio, de modo scilicet, quo Sacramentalia deleant culpas veniales; in qua ferè omnes Thomisti asserunt, remissionem fieri ex opere operato; & è contra Scottiæ sustinent, dictam remissionem procedere ex opere operantis. Pro rudio- rum intelligentia notandum, remissionem ex opere operato referri ad propriam virtutem, & efficaciam ipsorum Sacramentalium; remissionem verò ex opere operantis pendere à merito, fide, & interno motu ipsius hominis Sacramentalibus utentis.

Señtatores prioris opinionis, quòd scilicet Sacramentalia deleant venialia ex opere operato, his præcipue nituntur rationibus, videlicet, quia illud Sacramentale elevatur à Deo, & tanta virtute roboratur, ut possit pertingere usque ad animam hominis fidelis, & ex ea expellere veniales culpas, median- tibus meritis Christi, & orationibus Ecclesiæ, cui Christus potestatem dedit talia Sacramentalia insti- tuendi, ex propria sua magnificentia. Et quamvis requiratur in fidele utente Sacramentalibus pius affe- ctus, qui deservit venialia; tamen per eum non destruitur vis, & efficacia propria operis operati: quia ut plurimum ille affectus defectivus culparum ex se effect inefficiens ad eas delendas, sive non ad omnes; Ita P. Candidus d. *disquis.* 35. art. 3. Gonet. in *Clypeo Theolog.* Thomist. tom. 5. tract. 5. disp. 4. n. 57. Filiuc. tom. 1. tract. 6. cap. 5. num. 129. Pa- gund. *Præcept.* 2. lib. 2. cap. 1. num. 11. Henriquez lib. 1. de *Penitent.* cap. 15. num. 8. Bellarmin. tom. 3. de *Sacrament.* lib. 2. cap. 31. §. *Tertia propositio.* Sotus in 4. *dist.* 15. q. 2. art. 3. Canus de *Loci Theolog.* lib. 2. cap. 13. ad *argum.* 9. Gregor. de *Valentia tom.* 4. *disp.* 7. *quest.* 4. *punct.* 1. *vers.* *Secundò asseri- mus.* Nugnus in 3. p. tom. 2. *quest.* 87. art. 3. *dist.* 2. & Diana *Coordinatus tom.* 1. tract. 3. *resolut.* 1. *quæ in veteri est part.* 3. tract. 4. *resolut.* 61. Et Sum- ma ejus in *Verb. Aqua benedicta.* Eminent. Card. de Lugo de *Penit.* *disp.* 9. *sect.* 4. Mairius in 4. *sentent.* de *Penit.* *Sacr. disp.* 5. q. 9. art. 2. & in *Theolog. Mo- ral.* d. d. 21. num. 86.

Contrariam opinionem tuentes dicunt, Sacramentalia delere veniales culpas ex opere operato; nam delictio ex opere operato spectat ad sola Sacra- menta, quæ sunt instituta à Christo Domino, cuius solius est instituire signa sensibilia ad causandam gratiam, & ad delenda peccata; & hanc potestatem nullibi legitur fuisse datam Ecclesiæ ultra Sacramen- ta. Ulterius in usu Sacramentalium requiritur bonus motus voluntatis in utente; itaut vel eliciat ac- tum penitentia formalis, vel virtualis, aut ad summum referat ipsum usum Sacramentalium ad tale finem, ut sua peccata venialia deleantur. Ergo remissio fit ex opere operantis; alioquin etiam dormienti possent deleri venialia per asperisionem aquæ benedictæ. S. Bonavent. in 4. *dist.* 21. art. 1. q. 2. Suarez in 3. *part.* tom. 4. *disp.* 12. *sect.* 5. n. 5. Villa- lobos, & Coninch. citati à Diana *Coord. d. tom.* 1. tract. 3. *resol.* 1. §. 1. Bonacia tom. 1. *disp.* 5. q. 6. *sect.* 2. *punct.* 2. num. 4. Volpi d. *resol.* 189. num. 1. Bifus in *Hierurgia Verb. Sacramentalia num.* 50. §. 4. Cotonius lib. 2. *controv.* 15. in *Appendice de Sacra- mentalib.* num. 4. Emin. Card. de Lugo de *Peni- tentia disp.* 9. *sect.* 4. Eminent. Card. de Lauræa d. tom. 2. de *Sacramento Penit.* *disp.* 15. art. 12. & Ma- stris *loc.* cit.

In hac controversia Theologica nostrum non est sententiam ferre, cum legales, seu Canonice soliti- simus lires dirimere. Fas tamen fit conciliare ut- ramque opinionem dicendo, quòd si ly ex opere operato accipiatur in proprio sensu, quatenus significat illud, quòd de condigno, & infallibiliter ex meritis alterius datur, vel operatur, probabiliorem esse secundam opinionem; nam Sacramentalia esse per se tantum, cum non sint à Christo Domino instituta, non videntur habere virtutem delendi venialia ex

condigno, & infallibiliter. At in sensu minùs pro- prio, si accipiamus ly ex opere operato, quatenus scilicet ultra sanctitatem Sacramentalium comprehen- dit motum, quem ipsa excitant in utente, peniten- tia aut formalis, aut virtualis, aut ad summum re- lationis eorumdem Sacramentalium ad illum finem obtinendi deletionem venialium; qui motus est ne- cessarius in ipso utente, ut supra diximus, tunc sus- tineri potest, & admitti etiam prima opinio; ut di- stinguendo concludit Mairius in *Theol. Morali disp.* 21. q. 4. art. 1. n. 87. & 88. Caramel in *Theol. fundament.* n. 2047. & P. Philippus à SS. Trinitat. Carmelita Excalceat. in 3. p. tract. de *Sacrament.* in *genere disp.* 10. *dub.* 5.

Et occasione hujus casus, & remissionis Venia- lium culparum per Sacramentalia, studiosi plurimi dederunt sex remedia, quibus ultra Sacramentalia deleat Veniale peccatum quò ad culpam. 1. Per Sacra- mentum Penitentia. 2. Per contritionem abique Sacra- mento. 3. Etiam per attritionem sine Sacramen- to in homine iusto, & secundum aliquos etiam in habente mortalia; (quamvis id neget de utriusque Vasquez in 3. p. tom. 4. *disp.* 87. art. 16. *dub.* 1. n. 6. quem confutant Doctores infra citandi) 4. Per actus Christianarum virtutum factos ab homine iusto, nempe fidei, charitatis, misericordia, temperantia, & similes. 5. Per susceptionem aliorum Sacramen- torum, nempe Confirmationis, Eucharistia, Extre- mæ Unctionis, Ordinum, & Matrimonii, concurre- nte in homine iusto vel attritione eorumdem Venialium, vel saltem virtuali quadam eorum detestatio- ne, aut intentione suscipiendi illa Sacramenta in remissionem peccatorum, seu in eum finem, in quem sunt instituta. 6. Tandem remittuntur Venialia etiam quò ad culpam in alia vita, vel in transitu animæ ex hoc corpore, vel inritu præcedentium merito- rum, vel in Purgatorio per satisfacionem. In inferno autem Venialia conjuncta mortalibus nunquam delentur quò ad culpam, etiam plures Theologi concedunt, ea deleri quò ad penam. Mairius in *Theol.* Mor. d. *disp.* 31. art. 1. & 2. Gobat tract. 6. à num. 230. & seqq. Greg. de *Valentia tom.* 4. *disp.* 7. q. 4. *punct.* 2. & Diana *Coord. d. tom.* 1. tract. 3. *resol.* 105. & *resol.* 106. *quæ in veteri d. sent. part.* 3. tract. 4. *resol.* 116. & *part.* 11. tract. 5. *resol.* 31. Volpi *resol.* 190. *per totam.* Bonacia d. tom. 1. *disp.* 5. q. 6. *sect.* 2. *punct.* 3. & *punct.* 4. Gonet tom. 5. tract. 5. de *Penit.* *disp.* 4. art. 1. 2. 3. & 4. à pag. 368. & seqq. Emin. Card. de Lugo d. tom. de *Penitent.* *disp.* 9. *sect.* 1. 2. 3. & 4. & copiosissime Eminent. Card. de Lauræa d. tom. 2. in 4. *Sent.* *disp.* 15. art. 9. & seqq. *af- que ad art.* 13. ubi supranotatas Theologicas opinio- nes subtiliter discutit, & explanat.

Potremò pro conclusione huius disputationis de Sa- cramentibus, decidendum venit etiam subsequens Casus. Parochus in mortali peccato existens benedicit A- quam lustralem, Paschalem agnum, Salem, & Pa- nem; ac Sacram Eucharistiam portat in Processione; Queritur, an peccet mortaliter?

Alii dicunt, non peccare mortaliter; alii verò af- firmant, quòd mortaliter peccet; siquidem Doctores extant plurimi pro utraque opinione. Qui excusant à mortali operantem supradictas functiones in mor- tali, innuntiant huic rationi; scilicet quia functiones illæ non sunt Sacramenta; obligatio autem se constituendi in statu gratia videtur urgere solummodò in administratione Sacramentorum, tum ob eorum ex- cellentem Sanctitatem, tum quia in Sacramentis mi- nister concurrat immediate ad sanctificationem ani- marum tanquam organum Spiritus Sancti. Vasquez, qui est huius opinionis antesignanus, in 3. p. *dis.* 136. de *Sacram.* cap. 4. n. 48. Thom. Tambur. de *Sacram.* in *gen.* lib. 1. c. 2. §. 1. n. 3. Paul. Mar. Quart. de *Bene- dictionib.* tit. 1. *sect.* 4. *dub.* 10. *Prim. dispo.* Volpi *resol.* 140. n. 18. & 19. & magis expressè in *resol.* 168. n. 14. & 15.

§. 15. Ubi Ledesma, Nugnus, Suar. & Sotus, te- nentes, dictum Parochum peccare tantummodò venialiter. Coton. lib. 2. *controv.* 1. n. 50. Gobat de *Sa- cr.* tract. 1. n. 54. & tract. 4. n. 387. & Emin. Card. de Lugo de *Sacram.* in *gen.* *disp.* 8. *sect.* 9. n. 152. ubi ta- men n. 156. ubi Episcopum consecrantem Christina, & benedictum oleum infirmorum in statu peccati, peccare mortaliter; et si contrarium sentire Emin. Card. Palavicinus referat Coton. d. num. 50.

E contra qui tenent, ministros Ecclesiæ culpa lethali sedatos exercentes supradicta munia Ecclesiasti- ca peccare mortaliter, moventur his rationibus, vi- delicet, quia scriptum est: *Ambulans in via immacu- lata bic mihi ministrabat.* Psalm. 100. Quia naturale præceptum esse videtur, Deo sanctè, & immaculatè ministrare. Quia graviter offenditur Princeps, si ser- vus, quem ipse odio habet, ut inimicum, à quo ma- ximè fuit læsus, audeat intimis Principis servitiis se immiscere; videtur enim Dominum contemnere:

ideo habentur exempla, in quibus narratur, Deum punivisse morte subita, & horribili exercentis fun- ctiones Ecclesiasticas in mortali peccato. Ita Navar. in *Man.* cap. 27. num. 163. Cajetan. 2. 2. qu. 187. Medina de *Penitent.* tract. 1. q. 6. Bonacia de *Sa- cram.* in *gen.* *disp.* 1. q. 3. *punct.* 2. §. 1. num. 9. & 13. Sayr. de *Sacr.* lib. 2. cap. 7. q. 1. art. 5. Angel. *Verb. Clericus* 8. §. 1. Silvest. *cod. Verb.* 2. n. 2. Sà *Verb. Ordin.* num. 31. & Laym. lib. 5. tract. 1. cap. 5. num. 10. *Vers.* *Afirmantem verò partem.* Silvius, & Filiuc. apud Mairium in *Theolog. Morali disput.* 16. num. 42. ubi hanc opinionem tutiorem appellat; & eam amplectendam censet Curia nostra; atenta potissimum auctoritate Eminent. Card. de Lauræa, qui huic constanter adhæret ob suam eximiam ani- mi pietatem; & eam scripturis, & rationibus cor- roborat tum in tract. de *Sacrament.* in *genere disp.* 10. art. 4. num. 49. & 63. tum in tract. de *Sacram. Ordinis.*

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

DECISIO XXI. ARGUMENTUM.

Declarat præfens Decisio, quid significet hæc Vox Baptismus? Eam non esse in usu apud omnes nationes demonstrat. Duas definitiones Baptismi re- fert. Unam Magistri Sententiarum; Alteram Scoti.

SUMMARIUM.

- 1. Baptismus quid sit, & quid significet?
- 2. Baptismi Vox non est in usu apud omnes Nationes, sed alia voces; & quæ?
- 3. Baptismus quibus vocibus vocatur à SS. Patri- bus.
- 4. Baptismi definitio. Et num. 5.

O mnes Scholastici, & Moralistæ, post tracta- tum de Sacramentis in genere, descendunt ad particularia; & quia Baptismus est omnium janua, ac principium, & prius aliis institutus; ideo agunt statim de Baptismo. Nos quoque eorum vestigia se- quentes Decisiones de Sacramento Baptismi aggredimur, pro exercitio Litterario DD. Parochorum, & Confessoriorum, & primò Querimus, Quid sit Baptismus? In responsis ad hoc quæstum: Præmiserunt studiosiores Amplissimi hujus Cleri Patavini, Baptismus, secundum vim græci vocabuli, importat Lotionem, seu Lavacrum; sed hoc vocabulum esse quid sacrum apud Latinos, non enim usurpatur ad significandum quæcumque lotionem, sed restrin- gitur ad innuendam solummodò abluionem Sacra- mentali; quod etiam observatur apud nationes non utentes hæc voce *Baptizo*, nempe Dalmatam, Polo- nicam, Bohemicam, Ruthenicam, Moravicam, Moscoviticam, Sclavonicam, & alias; in quarum linguis Verbum, quod adhibent, ad demonstrandam baptismalem abluionem, est quid separatum à com- muni voce abluendi in rebus profanis; & hoc ob reverentiam Sacramenti, ut eruditè notat Mairius in *Theol. Moral.* *disp.* 17. num. 2. & in 4. *Sent.* *disp.* 2. num. 29. atque Eminent. Card. de Lugo in *Respon- sibus Moral.* lib. 1. *dub.* 3. ubi examinat formam baptis- mi, qua utuntur Dalmatæ, id est, *Jatebo Karstim*; licet enim *Karstim* idem sit, quòd abluo, non tamen inferunt quæcumque abluionem, sed illam sacram baptizandi; ideoque communi sensu *Jatebo Karstim* interpretatur apud ipsos, *Ego te Christizo*; quod ve-

rè, & propriè relevat *Ego te baptizo*; Idem declarat de supradictis aliis nationibus d. lib. 1. *dub.* 3. & de Arabis, qui utuntur verbo *Fingo*, pro verbo *baptizo*, ut docet Magrius in Hierolexico in *Verbo Fingo*.

Porrò non desunt aliæ voces, seu vocabula, quibus per Sanctos Patres significatus fuit Baptismus, veluti *Consecratio* à S. Cypriano lib. 3. *Tefim*, contra *Judeos c. 97. Illuminatio* in vita S. Marci Presbyteri. Magrius in *Hierolexic.* verb. *Illuminatoris.* *Re- generatio*, seu *Præstitium* à S. Joanne Damasceno lib. 4. de *fide* cap. 10. *Vaticinium* à S. Basilio, & à S. Gregorio Nazianzeno, ut observat Eminent. Cardinal. Brancatius in suis *Dissertationibus tit.* de *Sacro Viatico pag.* 149. omiſſis aliis vocibus, quæ cumulat Layman lib. 5. tract. 2. in *princip.* cap. 1. & Petr. Gregor. *Synagmat.* *Jur. Univ. par.* 1. lib. 2. cap. 4. num. 19. Porrò hæc nomina sunt potiùs elogia, & laudes baptismi, quàm vocabula propria significan- tia ejus quidditatem, consistentem in abluione; ut eleganter notat Eminent. Cardin. de Lauræa in 4. *Sentent.* tom. 1. *disp.* 12. art. 1. num. 2.

His prænotatis plurimè à plurimis transcriptæ sunt definitiones baptismi juxta sensum Moralistarum, quibus Parochi, & Confessarii dant operam. Ad duas tantum hic reponendas censui; *Primam* Magis- tri Sent. in 4. *dist.* 3. videlicet, *Baptismus est ablu- tio corporis exterior facta sub præscripta forma Ver- borum.* Et quamvis eum ea videatur transire S. Thom. 3. p. q. 66. art. 1. nihilominus non censetur bona de- finitio, quia si quis baptizaret canem, vel aliud ani- mal, aut librum, (ut quandoque malefici faciunt, Delirius *Disquisit. Magic.* lib. 5. *sect.* 15. *Vers.* *Dico 4.*) & recitaret formam præscriptam baptismi, non fa- ceret baptismum; & multò minus si baptizaret in- vitum, (ut de Judæo quodam per vim baptizato, ad deinde in Rhenum demerso à quodam Lutherano, narrat Menoch. in *Stoeris part.* 1. cap. 23.) vel se ipsum, vel alio liquore, quàm aqua; vel joco, aut sine intentione quis vellet baptizare, & tamen in his omnibus casibus esset ablutio corporis exterior facta sub præscripta forma verborum; ut do- cèt considerat Mairius in *Theol. Mor.* *disp.* 17. q. 1. art. 1. n. 3. & Laym. d. lib. 5. tract. 2. cap. 1. num. 1.

Idcirco Alteram hic inferendam duxi definitionem; quæ est Scoti in 4. *Sent.* *disp.* 3. q. 1. his verbis conce- ptam; *Baptismus est Sacramentum abluionis anime à peccato, consistens in abluione hominis aliquoties consentientis, facta in aqua ab alio abluente, & in ver- bis certis simul ab eodem abluente, cum debita inten- tione, prolatis.* Hæc definitio, et si ab aliquibus vel-

licetur, est optima; nam constat genere, & differ-
tia. Ly Sacramentum est genus metaphysicum; Ba-
ptismus enim est species Sacramenti. Ly Ablutionis
anime a peccato, designat differentiam tum ab aliis
materialibus ablutionibus corporum; tum ab aliis Sa-
cramentis. Ly Conscientiam in ablutione hominis aliqua-
liter consentientis, distinguit baptismum validum ab
invalido, qui datur invitis, & non consentientibus;
& denotat materiam proximam cum subjecto, quæ
est ipsa ablutio hominis dantis consentum ablutioni.
Ly facta in aqua, ostendit materiam remotam, &
expuit alios liquores. Ly In certis verbis simul ab
eodem ablutione cum debita intentione prolatis, assignat
formam, & intentionem in ministro requisitam.
Quare hæc definitio omnibus numeris absoluta repu-
tatur à Mastro in Theol. Moral. d. disp. 17. q. 1. art.
3. n. 3. & in 4. Sent. disp. 3. q. 2. num. 32. ubi signat
omnes causas, scilicet Materialem ex aqua, forma-
lem ex verbis, efficientem ex intentione ministri, fi-
nalem ex ablutione anime a peccato, & subjektivam,
ex homine aliquo consentiente: quod latius ex-
plicat, & docet Eminent. Card. de Laurea d. tom.
1. disp. 13. art. 1. per totum.

DECISIO XXII.

ARGUMENTUM.

Differitur de Baptismo S. Joannis Baptiste. Quoan-
no natus, & ingressus desertum? Quid essent locu-
stæ, & mel silvestre, quibus vescitur? Quo
anno cœperit predicare? Et qui tunc principaban-
tur in Judæa? Tandem referuntur duodecim differe-
rentiæ inter baptismum S. Joannis Baptiste, &
nostrum.

SUMMARIUM.

1. Baptismi S. Joannis Baptiste, & nostri quæ sit differentia?
2. S. Joannes Baptista quo anno natus, & qua ætate vixit in deserto?
3. Desertum ubi esset, in quo habitabat S. Joannes Baptista?
4. Locustæ quibus vescitur S. Joannes Baptista, quid essent? Et quid Mel silvestre?
5. Predicatio quo anno assumpta à S. Joanne Baptista?
6. Textus S. Lucæ cap. 3. explicatur.
7. S. Joannes Baptista an circumiret vicos, & castella predicando?
8. CHRISTUS Dominus quo anno baptizatus?
9. Differentiæ duodecim inter baptismum S. Joannis, & nostrum.
10. Forma baptismi S. Joannis Baptiste quænam esset?

Subindè pro ingeniorum exercitatione quærendum
censui à nostro Clero, Quæ differentia sit inter
Baptismum S. Joannis, & nostrum? Pro intelligen-
tia quæstii, plures scribentes, Chronologiæ, &
Geographiæ, & Historiæ Ecclesiasticæ studiosi, præmi-
serunt infra scriptas annotationes circa personam sancti
Joannis Baptiste Præcursoris Domini.

Primo, quod iste Sanctus natus anno ab orbe con-
dito 4051. à puerili ætate cepit inhabitare deser-
tum, juxta Ecclesiæ testimonium in illis verbis:
Antra deserti tenuit sub annis,
Civium turmas fugiens, petisti.
Porro cujus ætatis esset sanctus Præcursor, quando
desertum adivit, non est expressum in Scripturis sa-
cris. Nonnulli autumant, secundo ætatis suæ anno
delatum fuisse à Parentibus in desertum, ut eum ab
Herode sævientie in pueris à bimato, & infra, sub-
traheret; & ibi à S. Elisabeth eius genitricis edu-
catum in spelunca, post matris mortem ab Angelis

enutritum eremiticam vitam duxisse. In odium autem
eius fugæ, & subtractionis S. Zachariam eius
Patrem occidit fuisse inter templum, & Altare jus-
su Herodis. Ita Nicephor. in Hist. lib. 1. cap. 14.
Cedrenus in Compend. Hist. relatus à Card. Baro-
nio in Ecclesiasticis Annal. Anno 1. num. 53. Tor-
niell. in Annalib. ad Annum 4051. num. 28. & Sa-
lian. eodem Anno num. 33.

Secundò: Desertum autem locus, in quo moratus
est sanctus Joannes Baptista, erat infra Jerusalem,
& Jericho, incipiens ab Anatot, & se extendens
usque ad desertum Tecue, & Engaddi erga Galga-
lam propè mare mortuum. Menoch. in Hist. Sacra
lib. 2. cap. 1. num. 3. Et in hoc deserto gloriosus Præ-
cursor vitam agebat asperimam; siquidem, ut scri-
bit Evangelista: Ipse Joannes habebat vestimentum
de pilis Camelorum, & zonam pellicæ circumlumbos
suos; esca autem ejus erat locustæ, & mel silvestre.
Matth. 3. 4. Cæterum disputant Sacri expostores,
quid intelligendum sit pro locustis, & quid pro mel-
le silvestri? Circa locustas, quæ Græcè dicuntur
καυρὶς, acridæ aliqui putant eas fuisse pyros sil-
vestres, quas Græci ἀκρίδες appellant, unde Colum-
mella lib. 10. cecinit:
Palmitibusque feris letatur, & aspera silvis
Acrados.

Ebionitæ hæretici, relati à S. Epiphano hæres. 30.
legebant in xpianis enerides, nempe placentas com-
positas ex oleo, & melle; at tali exquisito cibo usum
fuisse S. Præcursores non est credendum. Alii lege-
bant ἀκρίδες accharides, idest cancor, sed quomo-
do hoc genus piscium poterat esse in deserto? S. Athanasius
in Scholias novi testamenti scripsit, quod
Locustæ non animata sunt, sed verba sibi dicæ; & con-
cordant B. Hieronymus Pelusota lib. 1. epist. 132. dicens:
Non sunt locustæ animalia, ut nonnulli putant imperi-
ti, similia scarabeis, sed accipiens accretiones, idest
germina barbarum; nec non Abulenensis, Eutimius,
& Brocardus ab eo citati super d. cap. 3. Matth. al-
ferentes, locustas fuisse herbas amaras, quibus Mo-
nachii vescuntur in deserto propè Jordanem. Ni-
hilominus communis est opinio antiquorum, quod
locustæ essent animalia familia cicadid, quibus ves-
cebantur Æthiopes, Parthi, & aliæ nationes O-
rientales, teste Plinio lib. 6. cap. 30. & lib. 11. cap.
29. undè Diodorus Siculus lib. 3. cap. 3. vocat eos
Acridosagos, idest comedores locustarum, & adtribu-
tatur auctoritas S. Hieronymi ita scribentis in lib. 2.
contra Iovinian. Orientalibus, & Lybie populis, quia
per desertum, & calidam eremum vastitatem locustarum
nubes reperiuntur, his vesci moris est. Hoc verum es-
se Joannes quoque Baptista probat. Et hæc opinio est
valde probabilis, tum quia locustæ erant cibus mun-
dus, Hebræis permittus. Levit. 11. 22. tum quia
erant cibus pauperum, & comedebantur, vel coctæ
in aqua, vel asæ ad ignem, aut exsiccatæ ad So-
lem, ut nos facimus de Halecibus vulgè Arringbis:
quod notat Mercurialis Variar. lect. lib. 2. cap. 20. &
Menoch. in Hist. Sacra lib. 1. cap. 9. num. 11. Mel
autem silvestre erat opus apum silvaticarum consu-
mum in arboribus, ingratiissimum gustui, & de eo
B. Hieronymus Pelusota in cit. epist. 132. testatur, quod
summi amarum est, & gustatu omni insectum, atque
inimicum.

Tertiò: Cùm itaque S. Joannes Baptista tantam
vitæ austeritatem, abinentiam, & mortificationem
ageret in deserto, & pervenisset ad ætatis suæ trige-
simum primum annum (qui erat ab orbe condito
4081. & Imperii Tiberii Cæsaris decimus quintus)
habuit revelationem à Deo exundant prædicandam
penitentiam, baptizandos homines, & testificandam
de Messia, quod jam advenisset, juxta Evan-
gelicam narrationem S. Lucæ c. 3. ita scribentis:
Anno quindodecimo Imperii Tiberii Cæsaris, procuran-
te Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilæe
Héro-

Herode; Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Itu-
rææ, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilene Te-
trarcha, sub principibus Sacerdotum Anna, & Caipha,
factum est Verbum Domini super Joannem Zachariae fi-
lium in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis præ-
dicans baptismum penitentiam in remissionem peccatorum.

Ad cujus Evangelici textus intelligentiam studiosi
nostri notantur; Tiberium fuisse tertium ex Roma-
nis Imperatoribus; ejus verò nomine Pontium Pila-
tum tunc gubernasse Judæam, partem scilicet illam
Terræ Sanctæ, quæ comprehendebat Tribus duas,
Judææ, & Benjamin. Tetrarcham illum dici, qui
possidebat quartam partem unius regni, etsi lato mo-
do talem appellari posse, qui aliquam partem obti-
neret. Herodem, de quo supra, fuisse filium alterius
Herodis fanaticidæ. Philippum extitisse fratrem
Herodis, sed ex alia matre; nam Herodes habuit
Matrem Samaritanam, Philippum autem Judæam,
ut notat Josephus Flav. Antiquitat. Judaicæ lib. 17.
cap. 1. Iuræam esse regionem vicinam radicibus mon-
tis Libani, quæ extenditur per longitudinem ver-
sus occidentem usque ad montes Tyri, & Sidonis,
incipiendo à confinibus Cæsarææ, quæ ad hunc Phi-
lippum spectabat. Traconitidem (quæ est vox Græ-
ca, & significat asperam, ac faxolam) fuisse regio-
nem contiguam Iurææ divisam à Jordane, quæ inci-
piebat à monte Libano, & progrediebatur usque
ad mare Tyberiadis. Lysaniam non fuisse Herodis
filium advertit Barrodius tom. 2. lib. 1. cap. 1. pag. 6.
col. 2. ubi subdit, quisnam fuerit, lateo, sed fuisse
Præfidem ibi constitutum à Romanis notat Carol.
Steph. in Diction. Hist. Geographicæ. Verb. Lysanias.
At Abilina regionem habuisse nomen à Civitate
Abilæ, posita infra duos montes Libanum, & An-
telibanum, de qua Plinius lib. 5. cap. 18. pariter
notatur in d. Diction. Verb. Abila. Annam, & Cai-
pham fuisse summos Sacerdotes, non simul, & eo-
dem tempore, sed quia principales facti vicissim
principabantur in templo; & Caiphas erat sacer-
dus, aliis Anani ex eod. Josepho Flav. lib. 20. cap.
8. & ex Evang. S. Joann. cap. 18. num. 13. Quod la-
tius ego declaravi in meis Definitionibus De Sacrifi-
ciorum Massæ Decis. XXII. num. 21. ubi auctoritates retuli
SS. Patrum.

Quartò: Igitur cùm S. Joannes venisset de deser-
to, & prædicando penitentiam baptizaret, exhibit
ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio
circa Jordanem; Matth. 3. 5. Sed dubitatur, an Præ-
cursor Baptista circumiret vicos, & Civitates prædi-
cando? nam scribit S. Marc. c. 6. 20. Quod Herodes
audire Joannem multa faciebat, & libenter illum audie-
bat. Non est autem verisimile, Herodem voluisse
ad desertum ire: quare sequitur dicendum, quod S.
Joannes accesserit pluries ad ejus Palatium. Ita o-
pinatur Menochius Hist. Sacra lib. 2. cap. 1. num. 3.
præcipue motivo charitatis, ut Herodem ab Ince-
ptuosus Herodias amplexibus revocaret. At Barro-
dius tom. 2. lib. 1. c. 5. tenet, curiositate motum He-
rodem adire non recusasse usque Jordanem, ut videret
Joannem, illumque audiret. Quidquid sit de su-
perbo Herode, certum est de humilitate Redemptori-
is nostri JESU CHRISTI id, quod scribit Evan-
gelista Matthæus c. 3. 13. Tunc venit JESUS à Ga-
lilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo;
& quamvis Joannes renueret, dicens, Ego te debeo
baptizari, & tu venis ad me? baptizatus fuit; de-
indè cœli aperit, & Spiritus Sanctus in specie col-
umbæ descendit, & Vox patris audita est: Hic est
Filius meus dilectus, in quo mihi complacet. Domi-
nus JESUS compleverat tunc trigessimum ætatis suæ
annum; siquidem baptismum suscepit sexta die Ja-
nuarii quinto mensis prædicationis S. Joannis, ut ex
Card. Baron. notat Torriell. ad ann. 4081. num. 3.
& 5. Riccioli. in Chronol. Reform. lib. 8. cap. 6.

num. 8. Et novissimè Emanuel à Schelstrate Biblio-
thecæ Vaticanæ Præfate in antiquit. Eccles. Dis-
sert. Prima. cap. 3. art. 1.

His prænotatis, devenientes ad resolutionem Quæ-
stii, reterunt inter Baptismum S. Joannis, & no-
strum duodecim differentias sequentes. 1. Baptismus
S. Joannis non erat Sacramentum. 2. Non erat in-
stitutus à Christo, sed à Joanne ex Divina inspira-
tione. 3. Non conferebatur in nomine Patris, &
Filii, & Spiritus Sancti; sed in nomine venturi
Missæ. 4. Non debebat originale. 5. Non im-
primebat characterem. 6. Non conferebat gratiam san-
ctificantem ex opere operato. 7. Baptizabantur à Jo-
anne solum adulti. 8. Baptizati hoc baptismo erant
re-baptizandi baptismo Christi. 9. Baptismo Joannis
non baptizabantur feminae, sed mares tantum. 10.
Illius baptismi nullus alius minister fuit præter Jo-
annem. 11. Baptismus Joannis non erat necessarius
necessitate mediæ, neque præcepti, sed ex consilio. 12.
Non fuit perennis sed cessavit, cùm S. Joannes fuit ab
Herode detrusus in carcerem. Ita ex S. Bonaventura
in 4. d. 2. q. 1. & 2. ex Ludolph. de Saxonia de
Vita Christi part. 1. cap. 19. ex Laym. lib. 5. tract.
2. cap. 2. num. 3. & 4. ex Biso in Hierurg. Verb.
Baptismus. §. 70. n. 18. & ex Eminentiss. Card. de
Laurea d. tom. 1. de Sacram. Baptismi disp. 12. art. 7.
per totum.

Et quia fuit etiam Quæsitum, Quæ forma uteba-
tur S. Joannes baptizans? Pro responsione duæ re-
latæ sunt opiniones. Una Magistris sententiarum,
& S. Thomæ, quos citat Suar. tom. 2. in 3. p. disp.
25. Sect. 1. & Ludolph. de Saxonia de Vita Christi
cap. 19. docentium, formam fuisse, ego te baptizo
in nomine Christi venturi; ut habetur in Actis Apost.
cap. 19. in illis verbis: Joannes baptizavit baptismum
Penitentis, dicens in eum, qui venturus esset post ip-
sum, ut crederent. Altera, quæ Scoti, Durandi, Ga-
briellis, & Soti, quos citat, & sequitur Suarez ubi
supra opinantium nullam verborum formam adhibi-
tam in baptismo S. Joannis, & eò minus supra re-
latam; tum quia Pharisei non misissent interroga-
re Joannem, an ipse esset Christus? cùm ex forma
prædicta satis notum fuisset, ipsum non esse Chris-
tum; tum etiam quia Joannes adhibisset eandem
formam baptizando Salvatore, & ea fuisset nimis
incongrua; ut bene considerant præcitati DD. & Me-
noch. in Hist. Sacra lib. 2. c. 3. n. 1. nec non Bissus
in Hierurgia in Verb. Baptismus cit. §. 70. n. 18.

DECISIO XXIII.

ARGUMENTUM.

Examinatur, & resolvitur, quanto tempore possit
differri baptismus, tum infantium, tum adultorum?
Eruditiones variz de tempore baptizandi
infantes, nec non variz Synodales Constitutio-
nes de eadem obligatione.

SUMMARIUM.

1. Pater quanto tempore possit differre baptismum fili-
li sui?
2. Infantes baptizandi ex traditione Apostolica.
3. Baptismus alicubi certis anni temporibus tantum
datus.
4. Padua cur per octavam Pasche Parochi non bap-
tizent?
5. Octo diebus tantum differre licet baptismum par-
vulorum?
6. Synodales Constitutiones de sollicito baptismo in-
fantium loquentes.
7. Moralitatis quando non est standum?
8. Lex Ecclesiastica obligat in conscientia, & sub
pena peccati mortalis.

- 9 Episcopus an possit condere leges?
- 10 Adultus baptizandus quanto tempore differre possit baptismum?
- 11 Adulti baptizari non possunt sine licentia Episcopi.
- 12 Clinicus quis sit? Et cur sit irregularis?

Placuit autem antequam procederent studiosi nostri Cleri ad declarandas species Sacramenti Baptismi, petere ab eis resolutionem duorum Casuum. Primus est:

Pater habens infantem baptizandum, exposcere cupiens nobilem Patrum, petit à Parocho per quot dies possit differre Baptismum pueri? Queritur, quid Parochus respondere debeat?

Ante solutionem hujus casus reperi apud scribentes duo notata digna. Unum, quod non defuerunt hæretici, tam ab initio Ecclesie, quam post ejus incrementum, qui negarunt, infantes esse baptizandos: ex eo, quia non possunt fidei professionem facere: quam opinionem semper damnavit Ecclesia mandando, infantes baptizari, ut in Constit. Apostol. lib. 6. c. 15. ibi, *Baptizate quoque parvulos vestros, & educate eos in præceptis Dei.* Et ex S. Dionysio de Eccles. Hierarch. cap. ult. ex S. Augustini. Epist. 28. & 29. & serm. 10. de Verb. Apost. Quocirca Origines lib. 5. cap. 6. ad Roman. dicit; *Ecclesia ab Apostolis traditionem suscepit, etiam parvulis baptismum dare.* Et Concilium Meleitanum decrevit, quod, *Qui parvulos recentes ab uberibus Matris baptizandos negat, anathema sit, ut refert Calusius de Veterib. Sacris Christian. Ritib. cap. 5. pag. 36. & Menoch. in Oeconomia Christiana lib. 2. c. 3. n. 1. ubi notat, hæreticos consuevisse, si quis moreretur sine baptismum, aliquid alium nomine mortui baptizare; quod de Marcionistis recitat S. Jo. Chrysol. hom. 40. super epist. 1. S. Pauli, & de Montanistis Salelles de S. Inquisitione tom. 2. lib. 3. cap. 6. num. 219. qui c. 18. n. 226. refert, Munterzum hæreticum Anno 1524. successisse eandem hæresim docendo, non esse baptizandos infantes usque dumarent usque rationis, & n. 928. Michaelis Servertum pariter hæreticum ejusdem temporis voluisse, baptismum non esse dandum infantibus, sed expectandum annum trigessimum cujusculque personæ, quorum hæreticorum demeritum impugnat S. Bernard. serm. 66. super Cantic. & epist. 240. illamque anathemate percussit Sacrum Trident. Concil. Sess. 7. de Baptism. Can. 12. 13. & 14.*

Alterum notabile est; quod etiam infantes ab Ecclesia semper fuerint admitti ad Baptismi Sacramentum; nihilominus in aliquibus regionibus prævaluerat consuetudo, ut non nisi certis annis temporibus, (cessante periculo mortis) baptizarentur. Hinc Concilium fecerunt Matifconense (habitum Matifcone, quæ est Urbs in Gallia Celtica, vulgò Muscon) Can. 3. anno 586. dolet, quod *Infantes per se singulos dies baptizentur, ita ut vix duo, vel tres repariantur in sancto Paschate baptizandi.* Et Concilium Tolet. 17. tit. de Regula sanctæ fidei cap. 2. prohibet, *quemlibet baptizari in tota Quadragesima; adeo ut in ejus initio Episcopus sigillo suo claudat baptisterium, aperiendum in feria quinta Cæne Domini, cessante necessitate; & de his testatur Abbas Pompejus Sarnelli (nunc Episcopus Vigiliarium, vulgò Biseglia) in suis eruditissimis Ecclesiasticis, Neapoli typis impressis Anno 1686. epist. 31. quibus videtur conformis dispositio text. in c. Duo tempora 12. de Consecr. dist. 4. ubi S. Leo Papa jubet dari baptismum tantummodo tempore Paschæ, & Pentecostes; quamvis Glossa ibi declaret, esse intelligendum de baptismum solemnium adultorum; quod advertit etiam Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. Univ. part. 1. lib. 2. num. 17. & novissime Emanuel à Scheltræ Bibliothecæ Vaticanæ Prædictus de Antiq. Eccl. in Catalog. & Adis Romanor. Pontific. pag. 467. in fine. Cæterum præfatæ consuetudines fuerunt abro-*

gatæ ex contrario usu, & ex Constit. 23. Eugenii Papæ IV. incipiens. *Cantate Domino de anno 1442. prid. Non. Febr. p. 13. quæ est in tom. 1. Bullarii Romani pag. 273. col. 2. Et quoniam dictæ consuetudines, ut plurimum respiciebant reverentiam Ecclesie Cathedralibus debitam, fuerunt pluribus in locis restrictæ ad solam hebdomadam majorem, ut legitur, decrevisse S. Carolum pro sua Ecclesia Metropolitana Mediolanensi in Concil. Provinc. 4. tit. Quæ pertinent ad Sacram Baptism. §. Si quis. Et hinc esse potest, quod in hac Civitate Padue per totam Octavam Paschæ nulli Parocho licet baptizare infantes suæ Parochiæ, sed sunt defendendi ad Ecclesiam Cathedralis in obsequium præminentie ejus, & in memoriam antiquæ consuetudinis recipiendi baptismum in Sabbato sancto Paschæ, & Pentecostes in Ecclesia Cathedrali, quæ quidem consuetudo vigeat etiam hic Patavii, ut legitur in libro perverto Reverendissimi Capituli De Ordine Divinorum Officiorum; in quo notatur, quod infantes in tota Quadragesima non baptizabantur; sed utique in die Sabbati Sancti, primum ab Episcopo, completa benedictione fontis, subinde ab Archiepiscopo in eisdem Episcopi levamen.*

His ita annotatis, resolventes casum, dixere: Parochum responsurum Patri infantis, non posse differri baptismum ultra octo dies: Ratio responsionis est, quia Rituale Romanum, (cujus Rubricæ, prout etiam Missalis, & Cæremonialis Episcoporum, vim legis habent, & obligant sub mortali. Gratian. discept. forens. c. 151. n. 7. Lotter. lib. 1. q. 26. n. 123. Vinc. de Franchis de J. 253. num. 6. & Sperel. decif. 179. n. 23. ubi DD.) in Rubr. de Sacramento Baptismi, sub titulo De baptizandis parvulis præcipit, *Ut natos infantes sine baptizandis, sine baptizatis (scilicet ob mortis periculum) QUAMPRIMUM fieri poterit, parentes deferant ad Ecclesiam; ne illis Sacramentum tantopere necessarium tantum differatur cum periculo salutis.* Quod quidem verbum QUAMPRIMUM ex communi, interpretatione in hac importantissima Baptismi materia intelligitur de octo, vel decem diebus, ut desinitur ex Constitutionibus Synodalibus ferè omnium Episcopatum; & præcipue sequentium, quas apud me retineo. Sunt autem:

- 1. *Veronen.* anno 1542. sub Episcopo Giberto dicitur, *infra decem dies à die partus sub pena excommunicationis.*
- 2. *Mediolanen.* 1565. sub S. Carolo Borromæo Archiepiscopo in Prov. 1. tit. Quæ pertinent ad Baptismi administrationem §. Nemini, statuunt, quod *Ante nonum diem ad Ecclesiam deferatur infans sub pena excommunicationis.*
- 3. *Paduan.* anno 1624. sub Episcopo Marco Cornelio par. 2. cap. 12. jubent: *Intervallo octo dierum à natali die labi non fiant.* Quæ justio viget in præsentem diem, cum Diocesis Patavina regatur his Eminentissimis, & Reverendissimo D. D. Cardinali GREGORIO BARBADICO Præfule nostro vigilantissimo.
- 4. *Tarvisin.* anno 1670. sub Illustris, & Reverendiss. Episcopo Bartholomæo Gradonico, nunc Antistite Brixien. meritissimo, prohibent; *Ne ad summum ultra novem dies baptismum differatur.*
- 5. *Sublacon.* Abbatie Anno 1674. sub Eminentiss. D. Carolo Barberino S. R. E. Cardinali Abbate, & Ordinario in cap. 7. de Sacram. Baptismi, fit mentione, *ne Baptismus differatur ultra tres dies. Quod si ultra octavum diem sine licentia Vicarii Generalis protrahatur, præter alias graves penas, etiam*

etiam quinque aureorum solutioni subiacent parentum. Idemque præcipit ipse Eminentissimus Abbas in Synodo Diocesana insignium Abbatarum S. Mariæ Farfens. & S. Salvatoris majoris, ordinis S. Benedicti invicem perpetuo unitarum, celebrata anno 1685.

7. *Sipontin.* anno 1678. sub Eminentissimo Cardinali Fr. Vincentio Maria Ursino Archiepiscopo, decernunt in cap. 9. De Sacram. Baptism. §. 4. Quod *ultra tres dies receter natus Baptismus in Ecclesia non fraudentur sub pena excommunicationis ipso facto.*

8. *Abanen.* anno 1687. sub Eminentissimo Cardinali Flavio Chigio Episcopo, Sess. 1. cap. 8. De Sacram. Baptismi, mandant, ut hoc Sacramentum *intra octo dies, ab infantium natiuitate, ministraretur sub pena excommunicationis.*

9. *Spalaten.* anno 1688. Sub Illustris. Archiepisc. Cosmo, præcipiunt cap. 7. n. 4. *ne differatur Baptismus ultra triduum, vel ad summum octiduum.*

10. *Justinopolitan.* anno 1690. Sub Illustris. Episcopo Fr. Paulo Naldino Sess. 2. cap. 5. De Sacram. Baptismi, committunt, ut *infra decem dies Genitores deferri infantes ad Sacram fontem curent.*

11. *Panormitan.* quæ allegatur à Diana apud Cor. tom. 1. Controv. 9. cap. 1. num. 7. in quibus par. 2. cap. 1. n. 2. *imposita est excommunicatione baptizare negligenter ante nonum diem.*

Neque attendendi sunt Moralistæ aliqui, interpretantes Ly Quamprimum per Mensuram, & ultra; nam, ut ait Eminentiss. Card. de Luca in Theatro Veritatis de Jurisd. dist. 52. num. 8. in his, quæ non pendet à foro interno, parum Moralitatis est credendum, præcipue attentis legibus Ecclesiasticis, quæ contrarium præcipiunt; & quibus firmiter in hæreticis Theologi timoratae conscientie. Bissus in Hierurgia Verb. Baptismi. §. 12. Gobat tract. 2. numer. 107. Volpi in resolut. moral. Verb. Baptismus resol. 5. numer. 12. & ibi Sotus in 4. dist. 5. q. Unica artic. & iure optimo; siquidem exita controversiam est, legem præcipue Ecclesiasticam non solum obligare in conscientia; (& contrariam opinionem damnatam esse tanquam erroneam in Clem. Ad nostrum. De heretic. Const. Constantin. sess. 8. & sess. 15. Leo X. in Bulla contra Lutherum art. 27. sed etiam obligare sub mortali, ubi agitur de gravi. S. Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Sotus lib. 1. de Just. & Jure quest. 6. artic. 4. Bellarm. tom. 2. lib. 3. de Laicis cap. 11. Clavis Regia lib. 3. cap. 6. numer. 5. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 9. numer. 34. Reginald. in Praxi lib. 13. num. 174. Suarez lib. 3. de Legib. cap. 21. numer. 5. & Baldeus tom. 1. lib. 5. de Legib. dist. 19. num. 8. Quod autem Episcopus possit statuere Leges tum extra Synodum, tum in Synodo cum Canonico consilio, (quod tamen sequi non tenetur) docent Gloss. & DD. in cap. 1. de Consecrat. dist. 3. cap. 2. De Major. & obed. cap. Ut animum. De Constitut. in 6. Malobrius de Synodo cap. 4. dub. 41. & Barbosa de off. & potest. Episc. allegat. 93. num. 23. ubi alios DD. cumulat.

Alter casus propositus circa dilationem temporis in baptizando fuit:

Turca propositi Sacram Baptismi suscipere. Queritur, quanto tempore possit propositi executionem differre? Ad hunc casum dictum fuit, posse differre donec, & usquequo instructus fuerit sufficienter in fide, & voluerit Episcopus. Quo ad sufficientem instructionem, non pigeat legere S. Thomam 3. p. q. 68. art. 3. in corp. sic scribentem; *Adultus non statim, cum converteretur, est Sacramentum Baptismi conferendum; sed oportet differre usque ad aliquod certum tempus. Primum quidem tempore cautelam Ecclesie, ne decipiatur, Sacramentum fidei accidentibus conferens, secundum illius 1. Jc. 4. Nolite omni spiritui credere; sed probate spiritus, si ex Deo sint: quæ quidem probatio sumitur de accidentibus ad Baptismum, quando per aliquod spatium eorum fides, & moris examini.*

De Sacramento in genere.

Secundo hoc est necessarium ad utilitatem eorum, qui baptizantur: quia aliquo temporis spatio indigent, ad hoc, quod plene instruantur de fide, & exercitentur in his, quæ pertinent ad vitam Christianam. Tertio hoc est necessarium ad quamdam reverentiam Sacramenti, dum in solemnitatibus præcipuis, scilicet Pasche, & Pentecostes, homines ad Baptismum admittuntur, & ita devotius Sacramentum suscipiunt. Hæc tamen dilatio est præmittenda duplici ratione. Primum quidem, quando illi, qui sunt baptizandi, apparent perfecte instructi in fide, & ad Baptismum idonei; sicut Philippus statim baptizavit Eunuchum, ut habetur Act. 8. & Petrus Cornelium, & eos, qui cum eo erant, ut habetur Act. 10. Secundo propter infirmitatem, aut aliquod periculum mortis. Hucusque S. Doctor, à quo regulam baptizandi Adultos sumere debent Episcopi; quorum adeo proprium est hoc munus, ut nullus abique eorum licentia possit Adultos baptizare extra casum necessitatis cap. Venerabilis. de consecr. dist. 4. Conc. Prov. Mediol. 5. tit. de Baptismo §. libris. pag. 219. & Act. part. 4. de Adultor. Baptism. fol. 506. unde à Prospero Aquitano. lib. 2. de Vita contemplat. c. 2. Episcopi vocantur Patres regeneratorum. Latè Sarnellius d. epist. 31. pag. 223. & 227. Calusius de Sacris Vet. Christi. Ritib. cap. 5. de Baptism. Verb. Catechumeni, & Rituale Romanum in Rubric. De Baptismo Adultorum.

Ex his sequitur, quod si Turca prædictus post habitam instructionem fidei, & permissionem Episcopi, diu differret abique causa baptizari, peccatum committeret. Suarez tom. 3. in 3. part. dist. 31. §. 2. Valquez in 3. par. dist. 149. cap. 4. quos citat Gobat in Theolog. experim. tract. 3. num. 104. Bissus in sua Hierurgia d. Verb. Baptismus. §. 13. Sarnellius d. epist. 31. pag. 227. ubi observat antiquitatis errorem hunc invaluisse, ut baptismum non susciperetur nisi in articulo mortis, ut sic descendere rent homines ex hac vita absoluti à quacunque culpa, & à quacunque pena, & ad ipsum tollendum valde elaborasse sanctos Patres Ambrosium Ser. de Sanct. & Augustinum epist. 107. apud Eusebium lib. 6. cap. 33. dolentes, & obsecrantes, ne quod ipsi fecerant in Laicali conditione, fieret ab aliis; idcirco in Concil. Neocesarien. can. 12. irregularis declaratur, qui baptizatur in ægitudine, & vocatur, Clinicus, à *clinico* quod jacentem significat, prohibeturque ordinari. Cap. 1. dist. 37. Pax Jordan. lib. 3. tit. 6. num. 103. Et in Concil. Trident. sess. 7. de Baptismo can. 12. statuitur quod *si quis dixerit, noninem esse baptizandum, nisi ea ætate, qua Christus baptizatus est; vel in ipso mortis articulo; Anathema sit.*

DECISIO XXIV.
ARGUMENTUM.

Relatis octo speciebus Baptismi generaliter sumptis; tribus autem propriis Sacramenti Baptismi, & quarta Baptismi Campanarum; traduntur curiosæ, & utiles doctrinæ de Campanis, & earum sex officiis.

SUMMARIUM.

- 1 Baptismi quot sint species? Oïo referuntur. Et que?
- 2 Baptismus alius Flamini, alius Flamini, alius Sanguinis, alius Campanarum.
- 3 Campanæ cur dicantur baptizari?
- 4 Campanæ nomina diversæ?
- 5 Campanarum quis primus auctor?
- 6 Ferraviæ extat Campana dicta Sperone: & Cur?

- 7. Campanarum officia sex.
- 8. Indulgentia Plenaria concessa recitantibus Ave Maria, dum eam pulsat Campana.
- 9. Campana e clericis Cotta indutus pulsanda.

Nunc accedendo ad explicandas species Baptismi, interpellati fuerunt studiosi nostri, ut scribendo dicerent, Quotuplex sit Baptismus Christianorum? Alii dixere apud Christianos numerari octo baptismata. Alii verò scribere, quatuor tantum dari. Primi desumpserunt species octo Baptismi ex S. Athanasio lib. de diverf. quest. 9. 133. quem refert Petr. Greg. in Syntag. Jur. Univ. par. 1. lib. 2. cap. 4. num. 2. Primus fuit Baptismus diluvii, quo peccata sunt exesa; ut habetur Gen. 7. 1. & 8. & de iplo intellexit Apollololum Princeps 1. Petr. 3. 20. Qui increduli fuerant aliquando, quando expellabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur Arca, in qua pauci, et ei odo anima salva facta sunt per aquam. Quod & nos nunc similes forme salvas facit Baptismus. Secundus fuit transitus Hebræorum pœe mare rubrum, de quo scripsit Apollololum 1. ad Corinthios cap. 10. 1. Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube, & in mari. Tertius erat legalis lotio, qua frequenter utebatur populus Judaicus, ut purificaretur ab immunditiis; de qua loquitur S. Evangelista Marcus cap. 7. 3. Pharisei enim, & omnes Iudei nisi crederit laverit manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum; & a foro, nisi baptizentur, non comedunt; & alia multa sunt, que tradita sunt illis servare baptismata calicem, & urticorum, & examentorum, & lecorum. Plura de his lotionibus Judaicis tradit novissime Julius Maurocenus, (anteâ Rabbini) in suo opere Via della Fede cap. 35. Quartus fuit S. Joannis Baptista, de quo egimus supra. Quintus in adventu Spiritus sancti die Pentecostes, juxta illa Redemptoris verba Act. 1. 5. Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non possunt haberi dicta. Sextus est Baptismus lacrymarum ex contritione cordis provenientium, quo lavantur peccata, juxta illud Psalm. 6. 7. Laboravi in gemitu meo, lacryba per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis lectatum meum vigabo. Et illud Psalm. 118. 136. Exierunt aquarum de fluxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Septimus est Baptismus ignis venturum in fine seculorum in impiorum damnationem; & de hoc loquitur Apollololum Princeps Epist. 2. cap. 3. 7. Cœli autem, qui nunc sunt, & terra eodem modo repositi sunt, igni reservati in diem judicii, & perditionis impiorum hominum. Octavus verò Baptismus est ille sacramentalis institutus à Domino Nostro JESU CHRISTO, de quo Joan. 3. Venit Jesus in terram Judæe, & baptizabat. Et Matth. 28. 19. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Et hic solus Baptismus est verum Sacramentum.

Quis quatuor dari Baptismata scribere, docuerunt hæc esse. Primum Fluminis, quod fit per immersionem in aquam, vel per infusionem ejusdem aquæ, aut per aspersionem, de quo egimus supra in Dec. XXI. & dicemus infra. Secundum Fluminis, quod est de de quo infra in Decisione XXVI. Tertium Baptif-
ma Sanguinis, consistens in martyrio ob fidei confessionem, de quo latè infra in Decif. 27. Quartum autem esse Baptisma Campanarum, & circa illud collegi notanda quinque. Videlicet,

Primo, quod Campanæ dicuntur baptizari, non quia eis conferatur Baptismi Sacramentum, sed ex eo, quod abstantur, dum ab Episcopo benedicuntur, un-
gantur sacro oleo, & isdem nomen imponatur ad in-

star eorum, qui suscipiunt Sacramentum Baptismi, Pax Jordan. tom. 1. lib. 5. tit. 14. n. 2. Menochius in Stereis part. 1. cap. 24. & Petr. Gregor. in Syntagm. Juris Univers. d. part. 1. lib. 2. cap. 4. num. 50. ubi probat, non esse nomen, Campanas benedicere, ungeri, & eis nomen imponere; nam etiam Jacob Gen. 28. 18. Tuli lapidem, quem sup-
posuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Appellavitque nomen Urbis Bethel, que prius Laza vocabatur.

Secundo: Campanas diversis nominibus apud Scri-
ptores vocari; Videlicet Clocham à voce Gallica Cloche. S. Bonifac. epist. 9. Unde in legibus capitularibus Caroli Magni latis Aquiligrani in art. 18. legitur: Clochas non baptizent, nec charitas per perit-
cas suspendant propter grandinam. Item vocari Codion à verbo græco κωδιον, idest pappaver ad ejus similitudinem efformatur campana, scilicet in forma calicis. Ruell. lib. 2. cap. 100. & hinc à medicis medicamentum Pappaveris vocatur Diacodion. Plin. lib. 20. cap. 18. Item dicitur Crepitaculum, & Cratulum à græcis verbis κρητακος & κρητιον, quæ significant pulsare, & strepitare. Magrius in Hierolexic. Verb. Campana, ideòque in Missali Ambrosiano Cratula vocatur instrumentum ligneum, quo utitur feris quinta, & sexta majoris hebdomadæ, vulgo la Cicagnola. Tandem, relictis aliis nominationibus, Campanas uncu-
pari Nolas; ex eo quod aliqui crederiderit, eas habuisse originem Nolæ in Campania à S. Paulino, Matthæol. in Sylva Histor. lib. 7. cap. 1. tit. 26. Sed hoc confutatur à Magrio d. Verb. Campana; liquidum constat etiam Gentiles adhibuisse Campanas, & Tinninabula, ut probat Emin. Card. Baronius in Annalib. Eccles. anno 58. num. 104. unde illud Adagiium, In cubiculo nola, ad denotandum delatore domesticum alicujus secreti negotii. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Tertio: Hinc alterari scribentes circa Auctorem Campanarum; communis enim est opinio, quod fuerit Sabinianus Papa, qui obiit Anno 605. quapropter Turrigio de Crispis Vaticanis narrat, Anno 1610. demolitum fuisse Vaticanum Campanile, et in fundamētis reperit numisma Heraclii Imperatoris, qui vixit temporibus prædicti Summi Pontificis Sabiniani, & à quo Campanile illud fuit constructum. Cæterum id non admittit Polydorus Virgilius lib. 6. cap. 12. nam S. Hieronymus, qui vixit per bina se-
cula ante Sabinianum Papam, facit mentionem campanarum in cap. 33. de Regul. Monachor. Et de Campanis cecinit Martialis lib. 14. Epigram. 163.

Redde pilam; sonat as thernarum, ludere per-
gis
Et Juvenalis Satyr. 6.
Tot pariter psaltes, & tintinnabula dicas
Pulsari.

Imò Joannem Papam XIII. Romæ incespisse bapti-
zare Campanam pro Ecclesia Lateranensi ex Card. Baron. ad d. annum notat Jordan. d. lib. 5. tit. 14. n. 2.

Quarto: Verum quidquid sit de auctore, & origi-
ne Campanarum in Ecclesia occidentali, certum est, quod in orientali campanæ adhibite sunt anno 865. cum ab Urso Serenissimo Venetiarum Duce mis-
sæ, & donatæ fuerunt Imperatori Constantinopolitano. Blondus lib. 2. decad. 2. & Hierolex. Magri d. Verb. Campana. Ubi subdit quod ante prædictam dona-
tionem orientales utebantur ligneis instrumentis, quæ Graja voce dicebantur Syntandrum & Agismandrum; prout etiam in præsentem utuntur Religiosi commoran-
tes sub tyrannide Turcarum; sed Æthiopes habent Campanas lapideas, sonus non ingrati. Et in Civitate Ferrariæ, in Monasterio S. Bartholomæi extant anti-
quissima Campana vocata Sperone; eò quia, cum
Commissaria Mathildes ibi convenisset à venatione, & audivisset raucam Campanam, quæ vir cur à Mona-
chis non resisteret, & habito responso, ob paupertatem, ipsa statim dissolvit in sua calcaria aurea gemmis
ornata,

ornata, & eadem tradidit pro refectione Campanæ, quæ fuit hæc de causa vocata Sperone.

Quinto: Sed digna notatu sunt mysteria, & officia, quæ Campanæ in se continent, descripta his verbis per Glossam in Extravag. Quia cunctos, De Offic. Cælestis; videlicet
Laudo Deum verum: Plebem voco: Congrego Clam-
sum:
Defundens ploro: Nimbium fugo: Feslaque bono-

De quibus singillatim sicut non me tædet scribere, ita lectores, & studiosos nostros ne pigeat observa-
re sequentia.

Laudo Deum verum. Siquidem pulsantur Campanæ ad elevationem Eucharistias, & dum deferuntur ægrotos, nec non ad Angelicam salutationem veniendam ter in die ex decreto Gregorii Papæ Noni. Odoric. Rinald. in Annal. Eccles. ann. 1238. n. 73. quamvis ab aliis id statutum referat Cælar. lib. 9. cap. 51. Et quod recitantibus Ave Maria cum præf. Angelus Domini; quando Campanæ dant signum, vocat alias Indulgentias à Summis Pontificibus concessas, Adrianum Papam Sextum Pontificibus indulgentiam plenariam testatur Fagnanus in cap. Custos Ecclesie num. 4. de Offic. Cælestis. tom. 2. pag. 384. Et quod in elevatione salutaris Hostiæ, dum S. Petrus Cælestinus sacerificabat, ex se Campanam gravius tinnit, cap. 51. Et quædam miracula, sacraque Hostia, ex qua Sanguis emanaverat, Herkenrodam deferretur, Campanas nemine impellente personasse, notat Henricus in Men. 25. Julii. Et in delatione Imaginis Deiparæ, quæ fuerat Pulcheriæ Augustæ, Balduino Secundo in Italiam Constantinoполи veniente, Campanas Templi Montis Virginis in Neapolitano Regno, nullo pulsante, insonuisse, clangore festivo, circa annum 1230. refert Gulielm. Gumperberg. in Atlanti Mariano apud Bagattam de Admirandis Orbis Christiani. tom. 2. lib. 3. cap. 3. in 2. appendice num. 8. & lib. 5. cap. 2. §. 3. num. 27.

Plebem voco: Ea ratione, quia Campanæ officium faciunt Apollololum, & deferuntur pro concionibus præcipue inveniendis, & sunt loco Tubarum Sacerdotum Veteris Testamenti; quocirca tamquam præsentantes Apollolos silent in triduo majoris hebdomadæ, quia ipsi præ timore Judæorum tacerent, & Ecclesia utitur Symandro, seu Cratula, ligneo instrumento, ad convocandum plebem in Ecclesia, quia solus CHRISTUS, extensus in ligno, torcular calcavit in sua passione, ut bene meditatur Rupert. lib. 5. de Divin. offic. cap. 29. Hinc dum corpus S. Romualdi Fabrianum portaretur, omnes Campanæ ex altis turribus per se sonum emisserunt, quo omnis populus excitatus obviam venit illi sancto Corpori, accensis fanalibus, & faculis cereis. Bagatta d. tom. 1. lib. 5. cap. 4. §. 2. num. 10. ubi plurima similia congerit exempla.

Congrego Clerum: Quia notorium est, apud omnes Collegiatas, tam saculares, quam regulares, Clerum convocati signo Campanæ; prout in aliis Regularibus exercitationibus, ad Matutinum, & Vesperinam orationem, ad lectionem diurnam, & ad prandium, & cenam; quod servatur etiam in nostro Episcopali Patavino Palatio. Et hic venit advertendum, quod in Sabbato Sancto non sunt pulsandæ Campanæ, cuiusmodi Ecclesie sive Sæcularis, sive Regularis, antequam audiat eorum sonitus de Ecclesia Cathedrali sub pena ducatorum centum ex Constitut. Leonis Pape X. anno 1518. & ex Decret. Sacr. Rit. Congreg. die 19. Febr. 1608. quæ id à Regularibus præcepti servari. Hierolexic. Magri in d. Verb. Campana. Barbofa de Jure Eccles. Univ. lib. 3. cap. 3. n. 69. & in Decif. Apoll. cod. Verbo. Idem est statutum in nostris Synodaliibus Constitutionibus tam pro reverentia Ecclesie Cathedralis Paduæ, quam pro Ecclesiis De Sacramentis in genere.

Matricibus, sive Parochialibus respectivè ad Regulares, & Campetres in Diocesi par. 3. cap. 9. Vers. in Sabbato Sancto.

Defundens ploro: Pulsantur enim Campanæ in morte fidelium, ut alii moneantur, Deo preces fundere pro anima Defunctorum. Hinc Synodus Patavina d. part. 3. cap. 9. sic statuit: Cum pro exequiis Campanæ pulsantur, debitus ordo servetur. Pro Clericis, & Sacerdotibus tunc debet, quod ordinibus quisque est insignitus. Pro masculis Laicis ter, pro feminis bis. Nullus verò Parochus permittat, ut pro alicujus obitu, ac fuerit sonitus horæ spatium excedat. Porro in obitu iustorum, præcipue violentorum, Campanas de per se, quasi lugentes, sonitum dedisse, pluribus exemplis demonstrat Bagatta d. tom. 1. lib. 5. cap. 4. §. 3. & præcipue de S. Geroldo Mart. lib. 1. cap. 1. §. 5. num. 32. & de S. Gregorio Episc. d. §. 5. num. 94.

Nimbium fugo: Mirabiliter enim sonitus Campanarum deservit ad fugandas tempestates, & Dæmones ipsos; circa quos Gryllandus apud Bagattam d. tom. 1. lib. 5. cap. 4. §. 5. num. 2. narrat, se examinasse maleficas incarcerationas, quæ deposuerunt, cum deserrentur à Dæmone ad ludos, audita pulsatione Campanæ, fuisse ad terram dejectas in locis valde distantibus à solita earum habitatione. Et d. §. 5. num. 3. Martin. Desirus refert, Diabolum, Abbatibus advenæ specie assumpta, Monacho cogitant à Monasterio auferere, se obtulisse, & ut positum adimpleret, fuasisse. Cùmque id ageret in Refectorio, uno idu à Priorè fessilla percussa est; & statim diabolus præcipiti cursu ad latrinas tendens, vidente ipso Monacho, se in eorum inferiora demersit. Circa tempestates sedatas exempla plura habentur apud eundem Bagattam part. 1. lib. 3. cap. 2. Appendic. 1. num. 8. & 9. & sequ. & Ang. Raccham in tract. de Campanis cap. 7. Tandem.

Feslaque bonoro: Siquidem festivus Campanarum sonitus in honorem Sanctorum, & eorum festivitatum valde delectat Cœlum, & terram. Hinc eo die, quo S. Antonius de Padua relatus fuit inter Sanctos, Campanæ omnes Civitatis Ulyssiponæ, nullo eas movente, personuerunt. Surius in Vita S. Anton. 13. Junii. Ad hunc effectum Synod. Patavina d. part. 3. cap. 9. ita statuit: Vespere festivitates præcedentis, post Angelica Salutationis signum, populus eorum omnium (Campanarum) sonitu de solemnitate præmonatur. Dominicus, & aliis festis profusius, omnesque simul pulsantur; quæcumque verò sit occasio, secundam nostris horam non excedant. Quod tamen perperam servatur, ob incuriam Superiorum, à quibusdam Montalibus, quæ integra nocte Campanas pulsant, in propria salutis detrimentum, & cum vicinorum fastidio, ut notat etiam Casallus de Sacris Veter. Ritib. part. 3. cap. 43. in fine.

Corollarium loco illud non ignorandum, in tanta veneratione olim fuisse pulsationem Campanarum, ut Conc. Colon. part. 3. cap. 31. fanciverit, eas non nisi à Clerico superpellico induto pulsari; quod etiam præcepit S. Carolus Borromæus Conc. Diocesana. 4. Decret. 28. & Apor. Mediol. part. 4. pag. 788. col. 2. & part. 6. pag. 984. col. 2. Qui plura, & quidem omnia curiosa scire cupit de Campanis, & de Campanilibus legat meas Decisiones de Sacris. Missæ Decif. 45. per totam. Hic unum addo. Maximo Abbate Micianensi, ut legitur in Sæculis Benedictinis tom. 1. pag. 607. num. 33.

DECISIO XXV.

ARGUMENTUM.

Differitur de Baptismo Fluminis, idest de eo, qui datur per Aquam, vel solemniter, vel private.

vate. Differentia inter utrumque modum, Deipara, S. Jo. Baptista, & Apostoli a quo sint baptizati? & quando? Tripliciter dari potest Baptismus Aquae, & cur Immerfio non sit in usu?

SUMMARIUM.

1. Baptismus Fluminis quotuplex sit? & num. 5.
2. Fluminis, & Sanguinis baptismata an sint Sacramenta?
3. Baptismi Sacramentum quando institutum?
4. Deipara, & S. Jo. Baptista a quibus sint baptizati?
5. Baptismus Fluminis alius solemnis, alius privatus.
6. Solemnis baptismus quid sit?
7. Ritus Ecclesie in Sacramenti ministrandis servandi sunt sub mortali peccati pena.
8. Differentia inter Baptismum Solemnem, & privatum.
9. Baptismus Fluminis tripliciter dari potest.
10. Baptismus per immersionem in aqua cur non sit in usu?

His de Baptismo Campanarum prænatis, accedendo ad explicationem specierum Baptismi tanquam veri Sacramenti, nunc oportet declarare, Quotuplex sit Baptismus Fluminis? Præmittendum ad majorem intelligentiam, solum Baptismus Fluminis (quod fit elementari aqua, & forma præscripta Verborum) esse Sacramentum; alia verò duo Baptismata, Fluminis scilicet, & Sanguinis non esse Sacramenta; sed analogice tantum vocari Sacramenta, ratione effectus, quem operantur in anima, remissionis culpæ, & renovationis spirituales, Unum enim est Baptismi Sacramentum, & non plura, juxta illud ad Ephes. 4. Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma; quod explicat Layman. lib. 5. traç. 2. cap. 5. num. 1. & docet Glossa in cap. Baptismi vicem. De consecr. disp. 4. ac explicatur à Maffrio in Theol. Moral. disp. 17. numer. 8. & in 4. sent. disp. 2. num. 169. & latius ab Eminentiss. Cardin. de Lauræa tom. 1. in cod. 4. sent. disp. 12. art. 6. numer. 70. Porro sicut discordant Scholastici in assignando tempore, in quo Baptismus fit institutus à Christo; eò quia nec Scriptura, nec traditio id doceat; omnes tamen conveniunt, dicentes, Baptismus fuisse ante mortem Redemptoris institutum, tum quia discipuli Joannis sebebant ad illum: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizatus, & omnes veniunt ad eum. Joan. 3. 26. tum etiam quia Christus Dominus in ultima cena ordinavit Apostolos Sacerdotes & illis dem Sagram Communionem; ergo erant baptizati, aliàs non fuissent capaces Ordinis, & Eucharistia absque Baptismo, qui est janua omnium Sacramentorum. Layman. d. lib. 3. traç. 2. de Sacram. Baptismi cap. 2. numer. 1. ubi Theologus allegat. Maffrius in 4. sent. d. disp. 2. artic. 1. per totam. & in eus Theolog. Morali disp. 17. num. 9. & 10. Eminentiss. Cardin. de Lauræa d. disp. 12. art. ult. num. 96. & 97. Porro Sacramentum Baptismi fuisse institutum à Christo, id ipse baptizatus fuit in Jordane; sed necessitatem ejus suscipiendi indixit post suam Resurrectionem ex SS. Patribus ubi citatis. Hinc deducitur, S. Ioannem Baptistam fuisse baptizatum à Christo Domino. Menochius in Vita Cõsib. lib. 2. cap. 3. num. 7. prout etiam Sanctissimam Virginem MARIAM ejus Matrem. Petrus Canisius de B. Virg. lib. 1. & Christophorus de Castro in Hist. B. Virginis cap. 15. Et concordat Eutimius super cap. 3. Joann. his verbis; Scribunt quidam Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum, & VIRGINEM MA-

TREM baptizaverit; Petrus verò reliquos Apostolos quæ omnia discurrendo pie, ac doctè prosequitur P. Menochius in Vita Christi Domini lib. 2. cap. 3. num. 7. 8. & 9. & lib. 3. cap. 3. num. 1. Calvius in Proprinom. Evang. resol. 4. Mannus in Selectis Hist. cap. 530. & Volpi in resol. Moral. Verb. Baptismus resol. 5. num. 7. & 8.

His præmissis, dicendum pro propositione Quæstioni, Baptismi Fluminis duas esse species; videlicet, unam Solemnem, & aliam Privati. Ille dicitur Baptismus Solemnis, qui confertur cum solemnitatibus, sacris ritibus, & ceremoniis ab Ecclesia præscriptis. Ille verò Privatus, qui in casu necessitatis datur per aquæ infusionem, omisis reliquis ceremoniis ab Ecclesia in Rituali Romano ordinatis. Layman. d. lib. 5. traç. 2. cap. 9. num. 5. Gobat. d. traç. 2. à num. 480. & seqq. & Eminentiss. Card. de Lauræa d. tom. 1. de Sacr. Baptism. disp. 15. art. ult. numer. 126. ubi ipas ceremonias sacras Baptismi solemniss summarie ponit, ac refert; quod etiam facit Layman. d. traç. 2. cap. 8. num. 7.

Et ex hac divisione, seu distinctione Baptismi solemniss, & Baptismi privati, Clerus noster quatuor Conclusiones deduxit.

Prima Conclusio. Quòd Baptismus verè, & propriè erit solemniss etiam si celebretur in domo privata, dummodo administretur cum ceremoniis, & sacris Ritibus, de quibus in Rituali Romano, ut fieri solet in baptizandis filiis Regum, & Principum in cameris, & hypocaustis eorum Palatorum, juxta dispositionem Clem. Unic. de Baptismo, quam refert Gobat. d. traç. 2. num. 491. Riccius decif. 427. Quintanadven. traç. 1. singul. 21. & Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 1. num. 15. Nomine autem Filiorum veniunt etiam Nepotes, & Pronepotes. Gobat ubi supra num. 493. Glols. in d. Clem. Unic. de Baptism. & Fagnanus in cap. Ex transmissa. num. 15. & 16. De Filiis Presbyter. tom. 2. pag. 321.

Secunda Conclusio. Cærimonias, & Ritus ab Ecclesia institutos omittit, ac mutate, in administratione Sacramentorum, vel in Sacrificio, est peccatum contra Religionis virtutem, ex genere suo mortale; nisi parvitas materia excuset; ea ratione, quia multum interest ad Catholicæ Ecclesiæ unitatem servandam, Ritus Ecclesiasticos, præsertim in Sacrificio, & Sacramentorum administratione eosdem ubique servari. Layman. d. lib. 5. traç. 2. cap. 8. num. 4. & 5. Quod utinam attendere, & serio considerarent Ecclesiastici illi, qui Rubricas Missalis, & Decreta Sacræ Rituum Congregationis parvipendunt; & hoc (quæso) advertant Confessarii omnes; ne, ut suis Pœnitentibus mores gerant, illos dicant non peccare, & abulus approbent quasi consuetudines legitimas, & ita exculpationes excusent in peccatis, cum suarum, atque Pœnitentium animarum detrimentum.

Tertia Conclusio. Magna est differentia inter Baptismus solemnem, & privatum respectu ministris, & patrini; siquidem Sacerdos, qui est in peccato mortali, & solemniter baptizatus, peccat mortaliter; secus si baptizet private in casu necessitatis. Gobat. d. traç. 2. n. 149. ex S. Thom. 3. part. 4. q. 64. art. 6. ad 3. Subdiaconus Baptizans solemniter incurrit irregularitatem; secus si non solemniter, cap. 1. de Cleric. non ord. ministr. Gobat. d. traç. 2. num. 139. & 140. In Baptismo solemnem necessarius est Patrinus, secus autem in privato. Diana par. 3. traç. 4. resol. 18. quæ in Coordinato habetur tom. 1. traç. 1. resol. 97. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 67. num. 14. Gobat. d. traç. 2. num. 523. Et tandem Patrini contrahit cognationum spirituales in Baptismo solemnem; sed non contrahit illam in Baptismo privato. Gobat. d. traç. 2. num. 480. & num. 577. Sanchez d. lib. 7. disp. 26. num. 14. Diana par. 10. traç. 16. ref. 30. referenda in Coordinato tom. 1. traç. 1. resol. 96. Quamvis alii DD. sentiant con-

con-

contrarium, & studiosi nostri de hoc insità sint responsuri.

Ultima Conclusio. Baptismus Fluminis conferri potest, vel per immersionem in aqua, vel per infusionem aquæ, vel per aspersionem cum aqua. S. Thom. 3. part. 4. q. 66. art. 1. & 4. Gobat. d. traç. 2. num. 44. Layman. d. lib. 5. traç. 2. cap. 3. num. 4. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacram. Baptismi disp. 12. art. 3. num. 26. Sive per trinum, sive per unicam immersionem, infusionem, vel aspersionem; ita tamen, ut servetur ulus, & consuetudo diversarum Dioceseon. Cæterum in primitiva Ecclesia usus communior erat baptizandi per immersionem. Layman. d. num. 4. Calvius de Peter. Sacr. Cõsib. Ritib. d. part. 1. cap. 5. ubi in Vers. Præfatis temporibus notat, quòd baptizandi ingrediebantur nudi in aquam, in qua ter à Sacerdote, seu Episcopo baptizante mergebantur, & ad hunc effectum Baptisteria fabricabantur, in loco, & situ inferiori, & in ipsa descendebant baptizandi per gradus, ut Romæ videatur Baptisterium Constantini penes Ecclesiam S. Joannis in Laterano. Porro terè ubique immersio mutata, seu ablata fuit, & prævaluit aquæ infusio; ob tres rationes, quas considerat Hierolexicon Magri in Verb. Baptismus; videlicet, quia pueri tempore hiemis denudati nimis participabant, quia sæpe læpius immersi in aquam, eam rursus, vel stercore commaculabant; ut de Constantino Copronimo Imperatore, qui fuit persecutor Ecclesiæ, & Sacram. Imaginum, notat Eminentiss. Cardin. Baronius anno 719. num. 20. Et quia denudatio adultorum causabat non modicum verecundia respectum, & indecentiam in mulieribus, etsi in loco à viris separato, & clauso ipsa denudare baptizarentur, ut notatur Vicecomes de Baptism. lib. 4. cap. 13. quem refert Callalus cit. part. 10. cap. 5. pag. 43. contra quem insinuat, & quem acriter carpit, & impugnat P. Menochius in Sacer. part. 2. cap. 42. omnino legendus, ubi pie, ac doctè probat, non esse credendum, quòd mulieres, puellave adultæ baptizarentur denudate.

DECISIO XXVI.

ARGUMENTUM.

Declaratur Baptismus Fluminis, & de eo refertur, an sit necessarium votum explicitum, vel sufficiens implicitum? Item Utrum cum eo sufficiat Attractio, vel requiratur Contritio ad salvandam Animam.

SUMMARIUM.

1. Baptismus Fluminis quinam sit?
2. Adultus non baptizatus an possit obtinere gratiam justificantem?
3. Baptismus Fluminis an requirat sui ipsius votum explicitum?
4. Baptismus Fluminis in quo differat à Baptismo Fluminis?
5. Attractio an sufficiat ad salutem in baptismo Fluminis?

Sequitur secunda species Baptismi, qui vocatur Fluminis, ideo quæritur, Qualis sit Baptismus Fluminis, & in quibus differat à Baptismo Fluminis? Omnes Theologi docent, Baptismus Fluminis esse actum perfecte contritionis, seu affectionis Dei, cum voto suscipiendi Baptismi aque. Ita ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 4. docent Layman lib. 5. traç. 2. cap. 6. n. 6. Vers. Dieb. secundæ. Gobat. d. traç. 2. n. 637. & ubi S. Thom. Vasquez, Suarez, & alii Maffrius in 4. sent. disp. 2. n. 170. & Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Baptismo disp. 13. art. 5. Hinc de Sacramenti in genere.

præfati Theologi, & Doctores deducunt, Baptismus in re non esse adultis simpliciter necessarium ad consequendam primam gratiam, & remissionem peccatorum; siquidem per actum contritionis, ac dilectionis Dei super omnia, cum proposito servandi divina præcepta, & voto recipiendi Sacramentum Baptismi (cùm ejus suscipiendi copia facit) homo adultus verè justificatur à peccatis, & consequitur jus filiorum Dei. Hoc autem probant: 1. Ex Divino Oraculo illo, apud Ezech. 18. Si egerit pœnitentiam impius, vita vivet, & non morietur, & cum averterit se impius ab impietate sua, animam suam vivificabit. 2. Ex exemplo Actuum Apostolorum; ubi habetur, Spiritum Sanctum receptum fuisse à non baptizatis, sed justificatis per contritionem, & votum Baptismi; undè dixerunt Apostoli cap. 10. 47. Numquid aqua quis prohibere poterit, ut non baptizentur hi, qui Spiritum Sanctum acceperunt, & cum non erididerit, & voto non erididerit, condemnabitur; quæ verba expendens S. Bernardus epist. 77. ad Hugonem Viterbanum notat, non fuisse dictum à Salvatore, quòd condemnabitur, qui non crediderit, & baptizatus non fuerit; sed solummodo qui non crediderit. 5. Ex cap. Debitum. 4. De Baptismo, ubi deciditur, Judæum, qui se ipsum baptizaverat, esse ab alio rebaptizandum, sed si interim ipse decessisset, ad celestem patriam protinus evolasset. Et in cap. Apostolicam. 2. De Presbytero non baptizato, ubi declaratur, Desuntum Presbyterum, qui credebatur se baptizatum, sed numquam susceperat (inculpabiliter) Baptismus; ad originali peccato solum, & coelestis patriæ gaudium esse adeptum. 6. Ex testimonio SS. Patrum, & præcipue S. Augustini lib. 8. de Civit. Dei. Et S. Ambrosii in Orat. de Obitu Valentiniani Imperatoris. 7. Ex Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 4. decedente, translationem hominis à peccato post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto fieri non posse. Igitur Baptismus Fluminis constituit in contritione cum voto suscipiendi Baptismi, & justificat hominem.

Porro, an hoc votum, seu desiderium debeat esse explicitum, id est præter propositum servandi omnia mandata Dei, etiam sit eliciendus actus, & 3. determinanda voluntas suscipiendi Baptismus, vel sufficiat votum implicitum; id est propositum servandi omnia præcepta Divina, in quo comprehenditur etiam præceptum sumendi lavacrum regenerationis? altercantur inter se Scholastici, ac Moralistæ; & pro voto explicito sit Eminentiss. Cardin. de Lauræa de Sacramenti. Baptismi d. disp. 13. num. 46. ubi rationes cumulat. Pro sufficientia voti impliciti stat Gobat. d. traç. 2. num. 637. Layman. d. lib. 5. traç. 2. cap. 6. num. 2. Vers. Dico II. & Maffrius, qui mordicus tuetur hanc secundam opinionem in 4. sent. d. disp. 2. num. 174. & 176. Sed ipsemet in sua Theolog. Morali disp. 17. num. 5. videtur assentiri non (perpende distinctioni); quòd videlicet, vel homo habet cognitionem fidei Christianæ, & in hoc casu cum contritione debet elicere explicitum votum suscipiendi Baptismi, vel scilicet Christianam ignorat, & tunc sufficit votum implicitum Baptismi, consistens in actò dilectionis Dei, & generali proposito faciendi omnia, quæ necessaria sunt ad æternam salutem.

Quò verò ad differentias inter Baptismus Fluminis, & Baptismus Fluminis dixerunt, esse sequentes.

1. Baptismus Fluminis non est Sacramentum; ille Fluminis Sacramentum est, ut diximus supra in Decif. 24. numer. 1. in fine.
2. Baptismus Fluminis non impositi characterem.
3. Est reiterabilis: at Fluminis Baptismus

mus imprimi characterem, & non est reiterabilis.
 4. Baptismus Flaminiis justificat Catechumenum ex opere operantis; Flaminiis vero ex opere operato.
 5. Baptismus Flaminiis dimittit omnem culpam, sed ordinariè loquendo, non relaxat omnem poenam; prout semper facit Baptismus Flaminiis: ea ratione, quia, ut plurimum contritio in adulto Catechumeno non attingit illius perfectionis gradum, quo contritus mereatur totius poenae temporalis condonationem; quae fit per modum condignae satisfactionis, ut bene explicat Bilius in Hierurg. Sacra Verb. Baptismus num. 20. §. 1. Et 2. Caramel in Theol. Fundam. num. 3006. & Matrins in d. 4. sent. disp. 2. num. 178. Tandem sexta, & ultima differentia est, quod in Baptismo Flaminiis est necessaria contritio; ac in illo Flaminiis sufficit attritio; & ratio est, quia ad consequendam gratiam sine Sacramento requiritur contritio, ut omnes fateantur, & est decium de Sacramento Penitentiae in Concil. Trid. sess. 14. cap. 4. ac cum Sacramento susceptione sufficit attritio: siquidem hoc casu gratia consecuto adscribitur ipsi Sacramento realiter suscepto; ac ubi habetur solum votum Sacramenti suscipiendi, gratia consecuto non adscribitur ipsi Sacramento, cum res ipsa non suscipitur; sed perfecta dispositio ad gratiam, qualis non est sola attritio cum voto Sacramenti. Matrins in d. 4. sent. disp. 2. num. 177. A quo tamen dissentit Eminentiss. Card. de Lauræa de Bapt. d. disp. 12. n. 47. ubi probat, in Baptismo Flaminiis sufficere attritionem ad recipiendam gratiam; quia talis Baptismus non requirit nisi ea, quae in Baptismo Flaminiis requiruntur. At in illo sufficit attritio. Valquez in 3. p. disp. 138. cap. 4. Gobat d. trad. 2. de Baptismo, num. 308. Si quidem nulla lex reperitur, quae obliget hominem non habentem modum suscipiendi realiter lavacrum spiritualis regenerationis, ad eliciendum a seum contritionis; & certum est apud omnes quod suscipio Baptismi in re sufficienter habetur, si votum eius habetur: ergo eadem prorsus dispositiones in hoc, & in illo requiruntur; cumque ad Baptismus in re sufficiat contritio, vel attritio, idem ceteri debet in voto Baptismi.

Hanc eximii, & veratissimi Theologi, ac Eminentissimi tum scientia, tum Purpura Sacra Doctoris opinionem, tamquam magis piam, & in odium Catechumenis favorabilem non solum amplectendam, sed confirmandam crediderunt ratione illa, quam considerat Catechismus Rom. de Sacramento Penitentiae. 66. Et Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. Videlicet, Deum indulgentias agere cum his, qui nondum cognito suo nomine, neque fide intellecta peccaverunt, quam cum illis, qui recepto spiritualis regenerationis lavacro, Spiritum Sanctum, quem acceperunt, contristare, & Deum, cujus filiationem sunt consecuti, offendere non erubescunt. Propterea, sicut in relaxatione poenarum in peccantibus post Baptismus, se minus liberare Deus ostendit, ita in voto Sacramenti Penitentiae contritionem perfectam requirit, ut culpam dimittat, & de novo suam gratiam impertiat. Et contra, sicut in Baptismo re suscepto, cum sola attritione, Deus condonat omnem poenam, & remittit omnem culpam, propter praedictam excusabilem ignorantiam fidei, & legis Dei; ita si Baptismus non possit ob iusta impedimenta realiter suscipi, & homo cogatur in solo voto, & desiderio Baptismus habere, in hoc casu ineffabilis Dei benignitas, & misericordia ad concedendam ipsi homini Catechumeno justificationem, & gratiam, contenta sit attritione cum ipso voto suscipiendi Baptismi; juxta Doctrinam Eminentiss. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 5. num. 47.

DECISIO XXVII. ARGUMENTUM.

Exponitur Baptismus Sanguinis, consistens in Martyrio. Quid, & Quotuplex sit Martyrium declaratur, & quot ejus gradus? Conditiones septem necessitatis ad verum Martyrium. Ejus sex effectus cum exemplis, ac variis eruditionibus factis.

SUMMARIUM.

- 1 Sanguinis Baptismus, quid sit?
- 2 Martyrium quid sit? Et unde dicatur?
- 3 Martyris cur olim nominarentur Confessores?
- 4 Martyrium duplex. Cruentum, Et Incrumentum.
- 5 Amor in Deum Triplex: Complacentie, Benevolentie, Et Appreciationis.
- 6 Martyrium sibi procurare an, Et quando liceat?
- 7 Incrumentum Martyrii quadam sit?
- 8 Martyrii gradus quatuor.
- 9 Martyris perfecti conditiones septem. Et quae?
- 10 Fides dupliciter exercetur, nempe in credendis, Et in agendis.
- 11 Martyres qui fuerint ob fidem in agendis?
- 12 Interscote seipsum nulli licet.
- 13 Martyrizandus si sit in peccato, vel consilium si possit, vel contritionis actus elicere debet. Sed an sufficiat Attritio?
- 14 Martyres recalcitrare non debent contra tortores.
- 15 Perseverantia necessaria est Martyri in tormentis.
- 16 Gladius cur semper occideret Martyres?

Tertia species Baptismi illa est, quam Theologi vocant Sanguinis, idest Martyrii; idem hic agendum venit de Martyrio, qui est Baptismus Sanguinis, & de eo sex sunt videnda.

1. Quali sit Baptismus Sanguinis?
2. Quid sit Martyrium?
3. Quotuplex?
4. Quot gradus Martyrii?
5. Quot conditiones ad verum Martyrium?
6. Qui sint effectus Martyrii?

Quo ad Primum: Baptismus Sanguinis est ablutio animae facta in proprio sanguine, effuso ob confessionem fidei, cum perpessione mortis, a persecutore illata: in odium ipsi fidei, ubi non est modus recipiendi Baptismus aquae; & de hoc Baptismo loquens est Salvator in illis verbis: Marc. 16. Potestis bibere Calicem, quem ego bibiturus sum? Et Baptismo, quo ego Baptizor, Baptizari? Et Luc. 12. Baptismo habeo baptizari, Et quomodo cariorum, usque dum persequatur. Hoc autem à Christo Domino perficiendum, & Calix bibendus, erat Passio, seu Martyrium cum sanguinis effusione, & idem sanguinis effusio, & Martyrium susceptum à non Baptizato ob confessionem fidei, quando non habet possibilitatem suscipiendi Baptismus Flaminiis, seu aquae, dicitur Baptismus Sanguinis. Bonac. de Baptismo, disp. 2. q. 1. Gobat d. trad. 2. num. 599. Matrins in Theol. Moral. d. disp. 17. q. 6. Et in 4. sent. d. disp. 2. n. 280. & Eminentiss. Card. de Lauræa de Sacram. Baptismi disp. 12. num. 69.

Quo ad Secundum: Studiosi nostri notarunt: Martyrium esse Confessionem Fidei, cum mortis perpessione à persecutore illata in odium fidei. Nam Martyrium Graeca dictio est, ἀρτήμα, id est, significans Testimonium; & propterea, pro, o Testis; quod etiam signi-

ficatum habetur apud Hebraeos, apud quos 77 Testis venit à verbo עדין testatus est, testificatus est, & cognationem habet cum voce עדות idest, novit, scivit, & עם 77 simul novit, quia quod scimus testatur, & conditio est attestatio mentis. Langius in Florileg. Verb. Martyrium. Emin. Card. de Lauræa in 3. sent. part. 2. tom. 3. De Fide, Et Propagat. ejus disp. 20. n. 1. Et idem in Apoc. 2. 13. dicitur: Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos; ubi Glof. interlin. notat: Martyr scilicet fuit. Et A3. 1. 8. scribitur: Eritis mihi testes in Jerusalem. Et iterum Apoc. 6. 9. Vidi sub Altare Animas interfectorum propter Verbum Dei, Et propter testimonium, quod habebant: quandoquidem Martyres tumulabantur sub Altaribus, cum epigrapha Martyrium apud Græcos, & Confessio apud Latinos, & idem Romæ Altaria, in quibus jacent sacrae Reliquiae corporum SS. Petri, & Pauli, vocantur Confessio SS. Petri, & Confessio S. Pauli: prout in Ecclesia SS. Apostolorum legitur Confessio SS. Philippi, Et Jacobi: & in primitiva Ecclesia per multos annos Martyres nominabantur Confessores, juxta illud Luc. 12. 8. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor ego cum coram Patre meo; ut advertit Emin. Card. Baron. in Martyrol. Rom. 6. Julii Verb. Cum ad Confessionem: qui subdit die 2. Januar. quod qui captus pro fide occumbat, dicebatur Confessor. Qui non interpellatus se offerbat Martyrio, appellabatur Professor. Qui vero propter fidem exulabat, & sua bona amittebat, vocabatur Exortor: omnes tamen in numero Martyrum computabantur. Cæterum progressu temporis coeperunt appellari Martyres illi, qui pro fide patiebantur; Confessores vero, qui in heroicis virtutibus sanctè exercitati, naturali morte ex hac vita decebantur. Sic ex Origene, Petro Bleseno, & S. Bernardo in serm. de S. Benedicto in fine, & ex Emin. Cardin. Baron. Anno 286. eruditè, ac doctè de more probat Emin. Card. de Lauræa de Martyrio d. disp. 20. n. 16.

Quo ad Tertium: Duplex est Martyrium, Cruentum, Et Incrumentum. Illud est Cruentum, quod consummatum cum sanguinis effusione, & vitæ dispendio, vi persecutionis, motu in odium fidei, & quamvis Gnostici, Valentinus, & Montanus, deinde haeretici Adamitæ, ac alii nebulones ejusdem farinae detestati sint Martyrium, & docuerint, Martyres esse reos suidicii, ut ex Cardin. Baron. Anno 145. & ex Salelle tom. 2. reg. 226. Et 302. deducit Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. n. 200. Et sequi nihilominus dicendum est, Martyrium esse actum quadruplicis virtutis, scilicet Fortitudinis, ut elicientis principaliter; Patientie, ut elicientis consequenter, Fidei, ut finis, & Charitatis, ut imperantis. S. Thomas 2. 2. q. 124. art. 1. Et 2. Charitas enim, seu amor in Deum est triplex, Complacentia, qua Christianus gaudet ob divinam superexcellentiā. Benevolentia, qua exoptat, (liceat mihi loqui cum libello nostro Doctrinae Christianæ) esse sua cognoscendo da tutto il mondo, e così il Santo Nome suo sia da tutti onorato, e glorificato, come si conviene. Et Appreciationis, qua homo fidelis appreciat, & æstimat Deum supra omnia, ac etiam supra vitam suam, quam promptè tradit pro ejus fide, & gloria; & hæc est suprema dilectio, juxta illud: Majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Joan. 15. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. num. 227. Et sequi, ubi auctoritates plurimas Sanctorum Patrum allegat.

Verum tamen est, quod quamvis optare Martyrium pro Christi gloria, & querere media, quæ possunt ad illud conducere, sit perfectissimum opus supererogationis, veluti procurare missiones ad infideles, ut fecit S. Franciscus Assisius, profectus in Africam, & S. Xaverius in Asiam, & moliti sunt De Sacramento in genere.

S. Antonius de Padua, S. Teresa, & alii Sancti; quorum plures, ex speciali motivo Spiritus Sancti, etiam se obtulerunt tyrannis, ex desiderio patiendi martyrium, eorum servitiam, & crudelitatem exprobrantes, & provocantes; à quibus postea necati sunt, ut legitur in Martyrologio Romano de S. Maximo Levita, de S. Caprafio, de S. Athemio 20. Octobr. De S. Cordula Socia S. Ursulae, die 22. Octobr. & de S. Gordio die 3. Januar. & ex Emin. Baron. Ann. 304. Regulariter tamen loquendo id non licet, ut cum S. Thom. 2. 2. q. 124. art. 1. ad 6. & aliis SS. Patribus probat Gobat d. trad. 2. num. 622. Emin. Card. de Lugo trad. de Just. Jur. disp. 10. num. 44. & Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. num. 180. Et n. 188. quibus in locis docet, non dari præceptum de Martyrio, nisi conditionatum, & in præparatione animi, si scilicet calus consistendæ fidei ad illud adigeret. Imò licitum est fidelibus tempore persecutionis, se occultare, & fugere ad evadendam mortem, carcerem, & captivam, ut habetur Matr. 10. Cum vos oderint in Civitate ista, fugite in aliam; Et fecit Apollolus Paulus, qui ait, Cum Damasci prepositus gentis Aretæ regis voluerit eum comprehendere, à fratribus per murum demissus est in sporta, Et sic evasit manus ejus in nomine Domini; & ex pluribus SS. Patrum auctoritatibus, & exemplo fidelium, qui Romæ in 42. Coemeteriis latitabant tempore persecutionum, firmat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. à num. 251. Et sequi. Nisi essent persona publicæ, curam animarum habentes, ex quarum fuga plebs dereliceret fidem, vel nisi etiam ex exemplo privatorum hominum fugientium alii scandalum funderent, & fidem essent negaturi; quo respectu fortissimos pugiles Christianos in Japonibus nec pedem movisse, instante periculo mortis etiam acerbissimæ, memorat Gobat d. tr. 2. n. 627. & confirmat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. n. 260. Et 263.

Incrumentum Martyrium est illud, quod fideles patiuntur, supportantes incommoda, vexationes, & tribulationes, vel à Dæmone, vel à mundo ob amorem alicujus heroicæ Virtutis, ut ex antiquis SS. Patribus eruditissimè probat Emin. Card. de Lauræa d. disp. 20. art. 3. per totum; & præcipue ex S. Hieronymo, qui in Epist. ad Demetriadem, de Virginitate servanda, ait: Habet et pudicitia servata Martyrium suum, & de S. Paula in Epistola ad Virginem Eustochium ejus matre: Mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur, sed devotio quoque mentis servitio immaculata, continuum Martyrium est. Et ex S. Ambrosio in Psal. 118. Vers. Multi persequentes me. Ubi, cum multa tentationum genera, quæ persequuntur homines, narrasset, deinde subdit: Verum ut multa persecutiones, ita multa martyria: Tentatus es spiritu fornicationis, sed tementandam mentis, Et corporis castimoniam non putasti, Martyr es Christi: Tentatus es spiritu Superbie, sed humilitatem magis, quam arrogantiam dilexisti, Testis es Christi. Et ita de aliis; & postea, inquit: Quanti ergo quotidie in oculis Martyres Christi sunt, Et Jesum Dominum constituentur. Ex quibus, & aliis SS. Patrum auctoritatibus tum RR. Patrum, tum RR. Confessorum Monialium, amplissimas rationes desumere possunt ad confortandas animas, eorum gubernio commissas, ut Christianæ, & Religiosæ vitæ incommoda libenter patiantur, neque eas pigeat imitari sanctos Martyres, qui sanguinem pro fide fuderunt in martyrio cruento, cum & ipsa Martyres sint ob virtutem castitatis, & patientiæ, quamvis in cruento Martyrio. Dolent enim sæpe sæpius in Villis bubulci ob nimiam paupertatem, & in Monasteriis Moniales propter clausuræ mortificationem, infirmitatum à Virginali vita inseparabilem frequentiam, & alia tædia plurima, ita ut videantur desperare;